

Marie num. 35. Uterius & septimo fallit lex nostra in successione avi vel alterius personae quam patris, nam licet mater privetur proprietate bonorum filii mortui si ad secundas convolat nuptias, verum est in bonis, quae filio huic à patre suo provenerunt, secus vero si ab Avo, vel ab alio ascendente, quàm à patre, prout communem testatur Joana. à Garonibus dicta auctoritativa, ex testamento. num. 27. C. de secundis nuptiis, & Boher. decisio. 192. num. 5. & Villabos in aratio mille comm. opin. littera B. num. 39. etiam patris contemplatione acquiratur filio, secundum Gabrielem ubi supra, dicta conclusio. de secund. nupr. n. 31. & 32. & hoc si filius talis moriatur antequam mater transferat ad secundas nuptias sive post; secundum Bar. & Doctores. l. mater C. ad Terul. contra Paul. ubi aliud distinguunt, & idem esset si filium mortuum acquisita essent aliunde quam à patre, secundum Afflic. decisio. 75. n. 4. & Ant. Gom. hic. n. 2. & Gabrielem dicto titulo de secund. nup. conclusio. 3. num. 16. & Matienço hic glos. 2. n. 15. quem post vidi sub l. 3. & Acolta. c. si pater, verbo, censendum num. 19. ubi bonam proponit quaestionem Et an perdat ornamenta etiam iusta quae traditi in casu renubii, vide Bertrand. dicto consil. 36. n. 2. vol. 2. & consil. 241. num. 15. volumine. 3. relatum per Addit. Afflic. dicta decisio. 75. licet & haec non sint sine scrupulo, quia lex nostra non distinguit hoc neque dicta l. femina §. illud. & sic Palac. Rub. rubric. §. 50. n. fin. cogitandum reliquit. Additionator tamen novus ibidem utitur distinctione, quae mihi non displicet. Fallit octavo nostra conclusio, ut non procedat, quoties alii filii primi matrimonii non supersunt, quia tunc proprietates ita sicut usufructus remanent ascendente binubo, & sic tunc filio ultimo vel descendente mortuo consolidatur proprietates cum usufructu, ut tenent Doctores hic; & Tellus. l. 6. Tauri. n. 69. & Castillo. l. 51. Tauri. n. 3. & Joan. à Gar. ubi supra n. 46. & Alexan. consil. 63. volumine. 5. & Anton. Gabriel. de secund. nup. dicta conclusio. 1. n. 21. ubi cum sequentibus optime ampliat istam limitationem. Nono limita, si de licentia principis mulier secundo nubat nam tunc cessat haec reservatio, secundum Boher. decisio. 185. n. 25. & Gabrielem ubi supra, n. 45. & Anton. Gom. hic. n. 6. Decimo limita, ut procedat text. hic in acquisitis titulo lucrativo, secus si oneroso, secundum Palac. Rub. in Rubr. §. 50. n. 35. Ripan. dicta l. femina num. 35. C. de secund. nup. Covar. 2. part. c. 3. §. 3. num. 3. Castillo. l. 14. Tauri. num. 2. & Gabriel. ubi supra, conclusio. 1. num. 40. & conclusio. 3. num. 34. & haec sunt principales limitationes hujus conclusionis nostri text. alias videbis etiam per Ripam & Gabrielem ubi supra, & Boher. in dictis decisionibus, & per Sylvam nuptiale verbo, seni non est nubendum. num. 504. usque ad. 54. Sed est quaestio optima in proposito, num in casu, in quo pater aut mater transfrens ad secundas nuptias tenetur reservare bona supra dicta filiis primi matrimonii, tenebitur quilibet eorum praestare cautionem quae de reservando, & videtur dicendum quod sic, nam regulariter usufructuarius tenetur cautionem praestare de utendo & fruendo arbitrio boni viri, ex toto tit. ff. usufr. quemadmod. cau. & l. inter omnes ff. qui satisfare. cog. adeo, ut ne-

que testator possit remittere cautionem hanc, ex textu. in l. 1. C. de usufruct. & in leg. penul. C. ut in pos. legat. & l. si pecunia. in princ. ff. eod. tit. quicquid dubitaverit Bald. in auctoritativa, cui relicta. num. 22. C. de in dict. vid. toll. contra tra quem per dicta jura est communis opinio, secundum Minchac. de success. creatione. §. 7. num. 32. col. 2. ad fin. & concivem nostrum Doctorem Gutierrez in repetitione l. nemo potest, numero 276. de legat. 1. ubi numero 277. hoc ampliat; pater tamen vel mater ad secunda vota transeuntes usufructuarii sunt bonorum filii mortui ex primo matrimonio, ergo eandem cautionem praestare tenentur: in contrarium tamen, quod ad hoc non teneatur facit, quia afflictis non est danda afflictio, puniuntur tamen in amissione proprietatis talium bonorum propter transitum ad secunda vota, ergo afflictio non sunt alia via, item & quia bona parentis secundo nubentis obligata tacite remanent pro restitutione bonorum quae dictorum filiiis alius primi matrimonii faciendi, secundum text. l. 24. tit. 13. part. 5. & in expresse tradit Fano de pignoriibus. 4. memb. secundae partis, num. 19. fol. 29. ubi hanc communem testatur, imo & si dicta bona alienentur per talem parentem possunt per filios primi matrimonii revindicari, quia in eis proprietatem habent, & mortuo parente illo proprietates cum usufructu consolidatur, igitur factis securi filii dicti remanent. Neque obstat illud de usufructuario pro prima opinio adductum, quia potest procedere nisi sit usufructuarius ex legis dispositione, secus vero si ex facto alicujus, puta, ex particulari dispositione testamenti, donationis, vel alterius contractus lucrativi, quid dicendum, & tenendum, & in hac quaestione distinguendus pater à matre est, ita quod pater non tenetur dictam cautionem praestare, ut pote quia neque inventarium tenetur facere bonorum filiorum primi matrimonii, neque cautionem aliquam pro talibus bonis praestare, secundum text. in l. cum oportet §. non autem. C. de bon. que lib. nisi dilapidet bona pater hic, nam tunc inventarium facere tenetur, secundum Boher. decis. 61. vel nisi bona sint mobilia secundum Ant. Gom. hic. num. 5. quia tunc fiet quaedam memoria eorum & aestimatio, ut sciatur quae bona erant, & cujus aestimationis & valoris, sicut & quando prohibetur per testatorem ne fiat inventarium bonorum pupilli filii sui, quia debet & tunc fieri quaedam bonorum illorum descriptio, quae secundum Baezam de decima tutorum, c. 2. n. 50. & sic in nostra quaestione, quod pater non tenetur dictam cautionem praestare, est communis opinio secundum Joan. Nic. l. generaliter, num. 19. C. de secund. nup. relatum per Villabos in suo aratio comm. opin. littera B. num. 47. in matre tamen ad secunda vota transeunte quod dictam cautionem praestet tenendum videtur, tum quia inventarium tenetur facere bonorum filiorum primi matrimonii, secundum Boherium ubi supra num. 22. tum etiam quia mater minus est privilegiata in hoc casu quam pater, perdit enim mater tutelam filiorum primi matrimonii per transitum ad secunda vota, ut in hac diximus lege, pater vero non, secundum Baezam ubi supra, c. 4. num. 5. ubi cum sequentibus alia refert in quibus mater est peioris conditionis

ditionis quam pater, si ad secunda vota migravit, item & quia ob amorem mariti secundi & filiorum secundi matrimonii, & quia secundus maritus retinet penes se bona illa facilius praesumitur eorum dissipatio quam in patre. & sic tenetur mater asecurare bona illa pro quo faciunt dicta per Boherium Decis. 208. per totam, mulieres enim diligunt viros quae etiam ultra filios, secundum Bart. l. Pater Severinam. §. pen. ff. de cord. & idem text. & ibi glos. Amor. l. 4. pen. colam & l. 19. in fin. tit. 16. pag. 6. nihilominus idem in matre quod in patre dicendum est, scilicet, quod si bona haec sunt in mobilia nullo modo tenetur mater cautionem praestare si solvendo sit, sin vero sint mobilia, vel semoventia tenebitur praestare eam, & inventarium eorum facere, & aestimationem, ut probatur ex in l. hae. adit. §. his illud. C. de secund. nupr. & sic intelligi dicta per Bar. in Aulben. de nupr. §. si vero sit. n. 5. relatum per pl. Encan. in l. 26. tit. 13. part. 5. dicentem praestandam esse per matrem dictam cautionem. Sed an, si pater vel mater de facto alienaverint praedicta bona possit filius in vita eorum revocare alienationem, tangit Gomez hic. n. 5. & Cov. lib. 1. var. c. 8. n. 6. & Ripa. l. femina n. 69. C. de secund. nupr. & gl. l. 34. tit. 13. part. 5. Quid tamen, si mater dum vidua esset ante vel post contractas secundas nuptias heredavit ab intestato legitimam unius ex filiis primi matrimonii, quo casu tenetur reservare bona illa aliis filii primi matrimonii & sic proprietates talium bonorum fratris sui mortui ipsi pertinet & sua est, etiam durante vita parentis binubi, ut inquit Ant. Gom. l. 4. Tauri n. 5. vers. item adde prosequendo, quo facto succedit postquam unus alius filiorum superstitum dicti primi matrimonii moritur, est nunc dubium an mater illa succedet filio huic in proprietate illa, quam habebat in patre fratris sui prius mortui, ita quod tunc proprietates haec consolidatur cum usufructu, quem ex parte illa mater binuba percipiebat, quandoquidem est haeres hujus secundi filii mortui & ab eo nihil aliud habet quod heredare possit, nisi proprietatem illam, an vero etiam proprietates haec remanebit aliis filiis superstitibus quae primi matrimonii, & videtur quod consolidetur cum proprietate hac usufructus, & pleno jure ex tunc mater succedat, eo quod proprietates proprietatis dari non possit neque usufructus illius partis, quia mater jam illum habebat, & aliter mater haeres nomine tantum diceretur, non vero cum effectu si proprietatem non haberet, cum usufructu consolidatam contrarium tamen dicendum est, imo quod in hac quaestione, & casu tenetur mater ad dictam reservationem, tunc quia & adhuc tunc remanentibus aliquo, vel aliquibus ex filiis primi matrimonii remanet & eadem ratio & favor filiorum remanentium, ergo & idem jus est statuendum prout in simili inquit Tellus. l. 6. Tauri. n. 68. item lex nostra & similes nullam differentiam constituent, sed indistincte loquuntur, & sic nostrum etiam casum comprehendunt, materque haec non est haeres nomine tantum quia ultra partem istam, quam habuit ab hoc filio secundo mortuo ab ipso habitam per mortem alterius fratris sui prius praemortui, habet etiam mater partem bonorum istiusmet

filii à patre habitorum, item quia in usufructu bonorum istius filii secundo mortui succedit mater haec, & sic cessat inconveniens dictum, item nota quod reservatio haec debet fieri filiis illius matrimonii, cujus erat filius vel filia mortui, non vero si erat alterius matrimonii, ut in casu posito per Gabrielem d. tit. de secundis nuptiis, conclusio. 1. num. 27. & patet ex l. feminae, in prin. & ex l. generaliter, ibi, communibus liberis. C. de secundis nuptiis.

Ibi, Heredaren de los hijos. Haec est maxima limitatio ad legem 1. tit. 8. infra hoc tit. ubi ascendentes & sic pater & mater pleno jure succedunt filiis suis mortuis in omnibus bonis eorum ab intestato, ex testamento in omnibus excepto tertio de quo possunt filii disponere, nam lex haec non procedit quae quoties pater vel mater superstitibus secundo nubant, tunc enim non succedunt pleno jure si alii primi matrimonii supersunt, sed tantum in usufructu reservando proprietatem illis aliis filiis primi matrimonii, prout tangit Castillo hic col. 1. aded quod si mortuo uno ex filiis in potestate patris constitutis, fructibus pedentibus, pater insuper moriatur dicti etiam fructus reservantur, sicut proprietates filii alii primi matrimonii matre eorum ad secundas nuptias convolante, secundum Avend. resp. 5. vers. ex ista conclusio.

Ibi, La propiedad. Itaque binubus, vel binuba usufructum habebit, filius autem proprietatem reservata, imo & eo ipso quod pater aut mater nubunt secundo, amittunt dominium & sic proprietatem bonorum à primo matrimonio habitorum à marito vel aliquo ex filiis, secundum Anton. Gomez, hic numero 3. ad finem, ita quod solus usufructus remanet penes talem parentem binubum, prout & optime per Boher. decisio. 198. per totam, & 187. ex quo à contrario licet notare ex text. nostro, quod si mater aut pater non transfrens ad secundas nuptias, pleno jure acquirat bona filii defuncti, & bona sibi à marito primo legata & donata, prout advertit hic Castillo, col. 1. in prin. & paobatur ex text. in aulben. sitamen C. de secund. nupr. & text. in l. 6. Tauri, qua est. 1. tit. De las herencias infra hoc eod. lib. Est tamen in proposito singularis quaestio, quid si ambo parentes dum tres aut quatuor filias haberent dotorunt filiam unam communem sui primi matrimonii in centum, quae quidem centum si bona non adsunt multiplicata solvenda sunt per medietatem de bonis amorum parentum dotorum, secundum text. in l. 8. tit. 9. infra isto libro, post vero filia haec dotata nupta & velata sine descendibus mortua est, mortua jam ante eam matre sua, ita quod pater suus solus venit ad successionem secundum text. in d. l. 6. Tauri, & cum pater succedit jam contraxerat secundas nuptias, & dum moriens esset, in testamento melioravit unum ex filiis suis sive primi sive secundi matrimonii in tertio & quinto bonorum. Dubitatum fuit in facto an ex parte illa, quam habuit à filia praemortua deducatur tertium & quintum, & in hac quaestione advocatus quidam consuluit distinguendo scilicet, quod ex parte illa & sic ex medietate illorum centum, quae tali filiae in dotem provenerunt ex parte ipsius patris deducatur, ex alia vero medietate, Cij

SUMMARIUM.

que ex parte matris provenit, non deductur, quia jus civile remanet illatum & in suo esse. quod pars redeat ad patrem dotantem sicut antea re libat, & pars mariti dotanti, ex text. in l. 2. §. quod si in parvis. ff. solut. matrim. item & probatur ex text. & gloss. verbo, & hac dicimus in authentico de nuptiis. §. hinc nos in fin. ubi clare probatur quod in paternis rebus, quas mater tenetur reservare & pervenerunt in filiam, mater ipsa binubis habeat usumfructum, in aliis vero rebus, scilicet, in iis, quas mater filio dedit, vel censetur dedisse mater usumfructum, habeat & proprietatem, & sic de contra idem in patre dicendum est, cum sit idem in hoc casu ex lege nostra, & faciant etiam dicta per Bart. in dict. authentico de nupt. §. igitur num. 6. in contra- rium tamen facit, quia cum per matrimonium & velationem filia hæc patris exeat potestatem secundum leg. 8. infra isto titulo, & lib. & dos ei tradita & viro suo sit effecta proprium ipsius patrimonium, ut per Capitiu. decis. Neapol. 176. columna 2. & actio de dote per matrimo- nium est effecta propria filie secundum Baezam de dote c. 2. i. num. 36. cessat jam dictum. §. quod si in patris, secundum Suarez l. 9. tit. 11. lib. 1. fori §. fin. in fin. fol. 80. in antiquis, & per con- sequens jam non potest attendi pars patris & pars matris, sed omnia illa centum in dorem data, sunt effecta propria ipsius filie, & tan- quam talia tenetur mater vel pater binubis re- servare filiis primi matrimonii, & cum usum- fructum patris in illis centum per mortem pa- tris expiret, consolidantur illa centum cum proprietate penes filios alios primi matrimonii existente, & non deductur tertium & quin- tum de illis centum neque de parte aliqua eor- um: & hoc verius videtur licet cogitatione non careat, & Ideo ut latius cogitabis.

Ibi, *Que uxores* Etiam si avi vel alii ascen- dentes sint, secundum Tellum, hic in fin. & Anr. Gom. num. 10. ubi ampliatur. & Boher. de- cisione. 137. & gl. fincar. in l. 6. tit. 13. part. 5. & in hac lege iterum diximus. Quid tamen si filii primi matrimonii defuncti, adfuit tamen ne- potes patris vel matris binuborum, an succe- dent in usufructu illo bonorum reservatorum mortuis avo vel avia, nulla ex eis concessa par- te filiis vel nepotibus secundi matrimonii; & dicendum est quod sic, sive extent nepotes, vel posteriores descendentes primi matrimonii solum- modo, vel insimul cum aliis filiis primi matri- monii, & hoc per textum. in lege formina. §. il- lud. C. de secundis nuptiis, ibi (nullam ex priori matrimonio habuerit successionem) iuncta lege ex quibus & l. si quis prioris. C. eodem titulo, & te- net Gabriel dicto titulo de secund. nupt. conclusione 1. num. 8. & Burfatus consil. 12. n. 9. & hac pro hac lege. Alia per Doctores hic & in locis ordi- nariis videbuntur, & per Montolonium in suo promptuario juris, verbo nubere versiculo cui autem vult, ubi in verbo, nuptia, versiculo fecit nuptias, declarat quando intelligatur factas esse nuptias.

IN LEGES V. VI. & VII.

Pena contra secundo nubentes priore uxore vi- ventem, in hisce legibus statuitur & continetur.

1. *Lex nostra in sponsalibus de futuro locum non ha- bet; & sic per secunda de presenti dissolvuntur: quod secus, si prima essent de presenti.*
2. *Communis usus loquendi etiam in materia odio- sa attenditur & ideo verbum, desponsada, de sponsa de presenti, & verbum, casada, de velata intelligitur.*
3. *Inquisitores hereticae pravitatis cognoscunt con- tra nubentes secundo, vivente prima conjuge.*
4. *Uxores plures habere an liceat aliquando jure naturali.*
5. *Matrimonium videtur spirituale inter Episcopum & Ecclesiam cum una & non cum duabus est contrahendum.*
6. *Pena secundo nubentium conjuge primo supersti- te & n. 7. quomodo excusatur.*
8. *Quando vivitur, vel non maritus habitare cum secunda uxore.*
9. *Filii nati ex secunda uxore, vivente prima, an sint legitimi.*
10. *An, si secundum matrimonium sit nullum, ha- bebit locum legis nostra pena. & ibi n. 11. inferitur contra Gonetium Leon.*
12. *Facies hominis non est signanda, nisi in casibus à jure expressis.*

Cum his legibus concordat lex cum qui duas, C. de adulter. & l. fin. titulo 17. part. 7. & ibi gloss. & text. in l. 1. titulo 7. lib. 4. for. & habetur ad Rom. c. 7. ibi (namque sub viro est mulier vivente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri) igitur vivente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro, si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro: & habetur in Concil. Trid. c. 2. §. 24. de reform.

Ibi, *Que uxores*. Sed num & fecmina com- prehendantur, dixi late in l. 1. gloss. 1. titulo 13. De la restitucion. lib. 4. supra, & late per Dida- cum Perez. l. 3. titulo 1. lib. 5. ord. pagin. 45. colum. 2. in fin. cum 3. sequentibus, & melius Matienço hic gloss. 3. numero 4. & 5. & infra num. 8.

Ibi, *Por palabras de presente*. Quasi secus si per verba de futuro, quia cum tunc secunda sponsalia de presenti contracta valida sint, & non prima de futuro, secundum text. in c. ve- niens. 10. de sponsalib. non incurritur pena nos- tri text. quod tamen non est, si prima sponsalia essent de presenti, nam illa valida sunt, neque per secunda de presenti etiam jurata & con- firmata copula dissolvuntur, & sic verba nostra text. ibi. *Casus* o *desposan*. verba illa, de sponsalibus de presenti intelliguntur, & sic secundum communem & vulgarem usum lo- quendi capiuntur, secundum quem usum *Des- posada*, intelligitur de illa que est sponsa de presenti, & verbum, *Casada*, intelligitur de uxoris benedictionibus nuptialibus secutus, & in materia etiam odiosa communis est usus lo- quendi attenditur, ex l. *Labeo*, & ibi Bart. §. de sup. legat. notat Minchac. controverf. usufreg. c. 30. num. 31: & alibi diximus, & sic non sunt superflua verba sequentia nostri text. *Casus* o *des- posan*

posan, & in simili casu tenet Didac. Perez, in l. 2. gloss. 1. tit. 1. lib. 5. ord. ubi in l. 3. pag. 48. versiculo, ulterius, querit quid sit primatum matrimonium fuit invalidum.

Ibi, *No remedio a Dios*. Quia de causa etiam Inquisitores hereticae pravitatis cognoscunt con- tra tales nubentes, prima uxore vel primo viro viventibus, quoniam heretici censentur: cum sentire videantur male de Sacramento matrimo- nii, Simancas de inst. cathol. c. 40. n. 1. cum se- quentibus & Dueñas regula 290. limit. 3. & Re- bus. in concord. regni. Franc. tit. de public. concub. in gloss. & cum omne. col. 1. p. 237. partis secun- de & novissimè Rojas de hereticis, 1. part. n. 540. cum sequentibus aliquibus, ubi num. 549. inquit, quod ipse suspicatur solus Inquisitores de hoc crimine cognoscere posse, & tradit Al- fonfus à Veracrucce in speculo conjug. tit. de impe- dimentis ligaminis, in fin. gloss. in l. fin. tit. 17. repti 7. & novissimè post hæc Matienço in pres. nat. gloss. 2. & latissimè Albertinus de agnosce. asserti. casib. & heret. quæst. 23 per totum. & quamvis preventioni locus esset in hoc delicto inter jus- tificatos & seculares, ita quod quilibet eorum qui preveniret cognosceret & puniret, hodie propter frequentiam actus vel quia ob aliam causam aliud per Inquisitionem generalem pro- videatur, vel provium sit, particulari julla aut mandato, ipsi Inquisitores cognoscunt.

Ibi, *Se casan o desposan*. Qualiter hæc verba intelligantur diximus supra, in gloss. per palabras de presente, & an liceat aliquando jure natu- rali plures habere uxores, tradit optimè Co- var in 4. p. 2. c. 7. §. 3. per totum inquitque Tiraquel in legibus comunalibus l. 7. num. 24. esse contra jus naturale, duas insimul ducere uxores, de quo & per Alfons à Veracrucce ubi supra, & Menoch. de arbit. jud. centuria 5. casu 420. & eodem modo matrimonium spirituale, quod contrahitur inter Ecclesiam & Episcopum ejus, contrahi non debet cum alia Ecclesia, ob- tinendo eam insimul cum prima, quod non enim licet Episcopo ad aliam Ecclesiam transire, nisi prioris Ecclesie vinculo dissoluto, text. c. sicut 7. quæst. 1. notat Coraf. in paraphrasi sacerdotio- rum. tit. de postulatione. num. 10. fol. 69. in par- vis, & Boher. consil. 16. num. 12. habentisque duos Episcopatus vel unum cum abbacia, biga- mus dicitur quia carnem suam divisit in plures, ut diximus l. 1. num. 4. tit. 6. lib. 3. supra.

Ibi, *De mas de las penas en derecho est ablesidas*. Que sunt istæ penas de jure civili & canonico, tradit Angel Aret. in tract. malef. in partes, che me ara adulterato, num. 65. & Gramm. voto 17. & Alex. consil. 165. vol. 7. & Joan. Montolonius in promptuario juris verb. duo & due in gloss. qui accepit, & Sylva nupt. lib. 4. num. 44. Palac. Rub. in rubric. 63. num. 6. & relati per Due- ñas regula 290. limit. 3. & Villalobos in anti- rovia juris civilis & regiliter a. n. 7. & Rebus. & Rojas ubi sup. & Anr. Gom. l. 80. Tauri, n. 27. cum 4. sequentibus, & Did. Per. in l. 3. gloss. 1. tit. 1. lib. 5. ord. pag. 44. cum sequentibus. & Jul. Clar lib. 5. prelat. crim. §. formica. n. 30. & post hæc Matienço hic in sup. jure tamen nostro Regio punitur per legem paritarum aliis penis ut in l. fin. tit. 17. p. 7. de quo & per Covar. Azevedo in Recopilacionem. Tom. III.

ubi sup. ex lege tamen nostra ultra alias penas signatur in fronte litera Q. prout & allestet Plaça de delict. c. de contrahente duas nuptias vivente prima, imponiturque ex l. nostra. 7. pena quin- que annorum ad trimeses, hodie tamen ex l. 8. tit. 10. lib. 8. infra imponitur pena publica verecundie, vulgo, *De verguença publica*. & de- cem annorum ad trimeses in casu, in quo pena corporalis & signi in fronte erat imponenda, & itidem imponitur pena alevofia & confiscatio- nis medietatis bonorum ex l. 6. immediate se- quenti, & sic intelligit post hæc Matienço hic gloss. 3. n. 3. & gloss. 4. in fin. dum dixit legem nostram §. per legem illam octavam correctam, & iterum in l. 6. gl. fin. nostri tituli, fallitur tamen in eo quod dixit & voluit significare solum penam illius l. 8. attendendam, nam & ultra eam imponitur pena dictæ nostræ l. sexta. quæ non censetur per illam 8. alterata, remanebit tamen correctæ l. 7. nostra immediate sequens in quantum quinque annos ad trimeses impone- bat, & itidem remanebit declarata, l. illa fin. tit. 17. part. 7. quæ omnium bonorum amif- sionem imponebat, ut tantum sit in dimidia- re, & sic leges hæc sint intelligendæ & declara- dæ & sic usus eas deducit, & licet pena alevofia ex l. 2. tit. 23. & l. 10. eodem titulo 23. lib. 8. infra esset alia quam per nos dicta est su- pra, quia tamen in hoc casu non adest ex parte mariti vel uxoris binuborum mors vel vulnus, non imponitur tota pena pro alevofia imposita, sed habentur binubus hic vel binuba pro alevofia & puniuntur penis supra dictis, non tamen puniuntur ignorans vel nesciens an prima viveret uxor vel maritus, certioratus tamen per proba- tionem de morte absentis, & petita licentia à iudice ecclesiastico contrahendi secundo ob hanc causam, quod secundum quod disponitur in l. fin. tit. 17. part. 7. de quo late agit Matienço, hic gloss. 1. imo & tunc quamvis secundo matri- monio cum effectu contracto appareat per unum testem vel per aliam semiplenam probationem primam uxorem adhuc vivere, & propter hoc accusetur vir talis ad separationem secundi mat- rimonii, & vir recuset & alleget de sua justitia lite hæc pendente non est vir hic separandus à secundo matrimonio, usque dum vere & plene constet primam vivere uxorem quod ex text. expref- so in c. 2. ut lite pendente, nisi dum secundum contraxit matrimonium lis talis erat incepta, nam tunc non est permitendum accedere & cohabitare cum secunda uxore nisi per sententiam declaratur, secundum glossam secundam, & ibi Abb. num. 9. in c. tenor. extra. de ve jud. sic limitantes dictum c. 2. ut lite pend. & omnes dictæ penas habent locum nam contra virum legibus nostris contravenientem quam contra mulierem, secundum quod diximus in l. 1. gloss. 1. tit. 13. De la restitucion de los desposados. supra lib. proximo, quicquid quantum ad penas velit distinguere gloss. in dicta l. fin. tit. 17. part. 7. inter mulierem & virum. Sed an, si vir contra- hit secundum matrimonium vivente prima uxore filii nati ex secundo quod erunt legitimi, vide text. in l. 1. tit. 13. part. 4. & ex dictis Doctores decerpere prefertim ex Dueñas Regula. 150. limitatione. 2. Quid tamen si secundum matri- monium est nullum, putà, quia clandestinè contractu

contractum, vel ex alia causa quam quod sit factum durante primo, committitur poena 10
 † nostri text. & videtur dicendum quod non, quia ex eo quod nullum est, nullus produci potest effectus, & ex nihilo nihil gigni potest, & non entis nulla sunt qualitates, secundum Philosophum, nihilominus tamen contrarium est dicendum, quia in istis binuborum poenis lex solum factum considerat, Bart. in l. quid ergo. §. cum autem ff. de iis qui vtr. inf. & ex text. nostro clarissime patet, & quoties factum consideratur, etiam si factum sit nullum, incurritur poena propter factum illud de jure declarate & imposita, secundum Bart. & Jas. in l. ubi patitur. C. de transaction. & Felin. in c. ex tenore. §. ceterum de rescrip. & sic in proposito nostro videtur tenuisse Anton. Gomez. l. 80. Tauri numero 30.

11 Ex quo infero contra † Gomet. Leon; in sua centuria informatio jur. loco. 39. afferentem, secundum nuptias contrahentem non puniri etiam vivente prima uxore, si impotens ille esset ad contrahendum matrimonium, quia contra supra dicta videtur, nihilominus tamen in hoc casu mitius punietur, & fortassis mitissime, quia primum matrimonium est declarandum pro nullo, & quoties primum pro tali declaratur, secundum licitum fuit, si cum secunda erat potens, & cum legitime factum sit, nullam poenam meretur, vel saltem mitissime punietur, ne alius sit occasio aliud faciendi, quod secus esset quoties primum matrimonium fuit validum, secundum vero invalidum ex dictis causis, quoniam tunc non excusatur a poena, quia illegitimè contractum fuit, secundum Bald. conf. 118. verb. matrimonii, lib. 1. num. 2. & Nipol. l. 1. §. preterea. n. 24. ff. ad leg. Cornel. de falsi. relatos novissime & secutos per Matienço in l. 6. sequente in glos. 1. num. fin.

Ibi. En la frente. Specialis casus est hic, regulariter enim facies hominis cum ad similitudinem divine imaginis sit facta non est signanda 12
 † nisi in casibus à jure expressis, quorum unus est ille noster, verumtamen rarissime signatur, nisi tanta esset talis viri aut mulieris binubae disolutio, ut non semel sed & bis & ter contraxerit primis viventibus mulieribus, tunc enim ob atrocitatem & consuetudinem delinquendi, iuste signandus aut signanda esset in fronte, ne alios vel alias deinceps fallere possent, & omnibus noti essent.

In l. 6. ibi. De la mitad de sus bienes. Sed cui applicabuntur bona hæc, & lex nostra non declarat & videbatur dicendum, quod medietas camere Regiæ, & alia medietas hæredibus delinquentis esset applicanda, quia in consequentiam aleofoz commissæ videtur legem nostram poenam hanc bonorum apposuisse, & ex l. 10. tit. 23. lib. 8. infra ita dividitur, vel videbatur quod omnis hæc bonorum medietas camere applicetur, cum propter delictum imponatur, ex dictis per Baezam de non meliorand. siliab. c. 36. num. 10. vel applicabitur secundum quod inquit applicandum Anton. Gomez. l. 80. Tauri n. 27. Ego tamen credo applicationem faciendum secundum quod applicat text. in dict. l. fin. tit. 17. part. 7. quæ in applicatione poenæ hujus bonorum non est alterata per legem nostram, sed tantum in quantitate, sunt enim omnia

bona perdita, vel medietas tantum bonorum, & sic applicatio remanet in suo esse, præsertim cum illius legis finalis applicatio sit conformis juri civili, & dispositioni l. 5. tit. 31. par. 7. & similibus.

IN LEGEM OCTAVAM.

Quæ erat 47. Tauri.

Filius vel filia uxorati & velati pro emancipatione habentur.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonio de presenti contracto non liberatur filius, vel filia à patris potestate, neque reuincit uxor in potestatem viri nisi benedictionibus receptis & ibid. ampliat.
- 2 Lex nostra an fuerit utilis, vel litium seminaria.
- 3 Velationem esse factam presumentum est probata separatione parentum, & continua habitatione.
- 4 Liberatus filius, vel filia à patris potestate etiam si adsint in domo patris, dum tamen uxorati & velati sint.
- 5 Filius, vel filia si non exierint patris potestatem per velationem, quia non fuerint velati cum illa vel illo quibus cum matrimonium contraxerunt, si nunc eorum mortuorum relicto filio vel filia, nepos hie vel neptis remanent in potestate avorum, & usufructus bonorum avo pertinet.
- 6 Effectus producti ex velationibus conjugatorum, remissive.
- 7 Velatione secuta filii talis matrimonii intrant locum patris & efficiuntur sui Avo.
- 8 Liberatio liberatis concessa dicitur & ibid. referuntur plures locorum consuetudines in quibus filii liberantur à potestate parentum.
- 9 Francigena regulariter non curant de patria potestate, & ideo parentes non habent usufructum adventitiorum.
- 10 Filii vel filia etiam sexagenarii in patris sunt potestate regulariter, nisi nupsierint & velati fuerint dum tamen sint viri potentes, ut ibid.
- 11 Matrimonium etiam si sit nullum, liberatur filius à patria potestate per illud, & velationem.
- 12 Filius per matrimonium spirituale an liberetur à patris potestate.
- 13 Episcopalis dignitate adepti an liberentur filii à patris potestate & quando. & num. 14. quid per ingressum religionis.
- 15 Bona filii sacerdotis liberantur à patris potestate quocumque titulo acquisita sint per ralem summum sacerdotem.
- 16 Usufructum bonorum habitum per patrem ante sacerdotium filii non perdit pater per sacerdotii adptionem. ubi & num. 15. quid in clerico minorum ordinum.
- 17 Usufructum beneficij ecclesiastici à filio possessi an habeat pater.
- 18 Filius alibi matrimonium contrahentes & habitantes an possint in patria, ratione originis avite, conveniri usque ad 19. inclusivè etiam volens non potest se eximere à loco originis.

- 18 Civis originarius quodammodo est patria bipotecatus.
- 19 O iugo propria per matrimonium perditur, quoad ea, per que persona uxoris extra patriam potest trahi & separari à servitiis viri, secus quoad alia.
- 20 Filius occisoris liberatur à potestate patris, talis succedit jam in occisi hereditate.
- 21 Avus non potest pupillariter substituere nepoti ex filio suo conjugato, & velato, secus si non esset velatus, ut ibi num. 22.
- 22 Filius velatus non transmittit hereditatem patris non aditam ex vi suaratis, ex potentia tamen sanguinis & juris deliberandi bene transmittit. n. 24. & ad extraneos ex capite tantum juris deliberandi, ut ibid.
- 23 Emancipatus talis an gaudebit hodie beneficio. l. fin. C. de repub. her.
- 24 Filius velatus potest petere se ali extra patris potestatem, & extra domum patris, & petere dotem & dona etiam si pater veller ea in domo prestare, ut ibid.
- 25 Alimenta relicta in testamento ubi sunt prestanda.
- 26 Filius in patris existens potestate an possit petere se alimentari extra domum patris. Alimentandus si ex causa alimentandus sit extra domum patris, expensas faciendas in prestatione alimentorum ipse solvet alimentandus de suo. 28. ubi que sit iusta causa prestandi alimenta extra patriam, arbitrio iudicis relinquitur, ut ibid.
- 29 Filia vidua hodie competit actio de dote & bonorum dotium administratio quia per velationem exivit patris potestatem.
- 30 Socer jam non agit pro injuria facta nupti.
- 31 Patri non datur injuriarum actio pro injuria facta filio, vel filia velati.
- 32 Injuria remissa per maritum, amplius uxor accusare non potest.
- 33 Filius licet non possit injuriam sibi illatam remittere, tamen hodie si velatus est remittit eam sine patris consensu. & 34.
- 35 Avus hodie in nihilo succedit nepoti suo habito à filio velato, ipso filio velato vivente, sed ipse potius in totum & pleno jure filio suo succedere recluso avo.
- 36 Filia velata de sua dote hodie disponere potest.
- 37 Emancipato filio exheredato convenit bonorum possessionem causa litis agnoscentis intentare, ut ejus signo de jure agnoscat ad querelam intentandam, & sic hodie filio velato idem convenit facere. num. 38. cum. 3. sequentibus.
- 38 Habilitatus ad aliqua jura vel remedia non habet eorum effectus donec illa ad actum debeat.
- 39 Hodie an subleat sit differentia emancipationis, & patris potestatis & quoad quid & 41. & 51.
- 40 Velatus filius statim succedit in fidei commissio relicto ut post moxrem patris filio cedat.
- 41 Donatio per patrem filio velato factam valida est.
- 42 Velatus filius hodie sine patris consensu potest existere in iudicio.

- 43 Avus paternus tenetur neptim dotare si ipsa & ejus pater non habent unde dotetur.
- 44 Filius an presumetur emancipatus si scorsum habitaverit a patre per aliquod tempus.
- 45 Filius an per velationem sicut liberatur à patris potestate, ita à curatoris potestate.
- 46 Declaratio. l. 7. tit. 17. part. 4.
- 47 Filia remanens in regno debet esse sub curatoris potestate, usque dum contrahat matrimonium.
- 48 Filius velatus non solum in commodis verum & in damnosis exiit patris potestatem, quod secus in aliis emancipationibus, ut ibid.
- 49 Differentia emancipationis & patris potestatis an & hodie durabit lege nostra attenda.
- 50 Filius per velationem vel filia semel exeuntes à patris potestate nunquam ad illam redeunt, etiam si in ingratitude incidant, quod secus in aliis emancipationibus, numero 54.

Ibi, Casado y velado. Ita quod unum sine alio non sufficiat, quoniam licet ex solo consensu absque aliqua solemnitate nuptiarum matrimonium contrahatur, ut l. nuptias. ff. de reg. jur. text. c. fin. de spons. duorum, & tradit Anton. Gom. hic num. 2. Plura succinte inferens, tamen quoad effectum emancipationis per legem nostram indudum, utrumque requiritur, scilicet, matrimonium & solemnitas nuptiarum, videlicet consensus & velatio quæ est benedictionum in ecclesia receptio, & per consequens per matrimonium solum de presenti non liberatur sponsum vel sponsa à patris potestate, neque reuincit in potestatem viri, † ex l. filius familias. ff. de adulter. & l. 1. titulo 17. part. 4. Notat Anton. Gomez. dicto. numero 2. quicquid dubitaverit Tiraquel. in legibus conubialibus. glos. 2. num. 1. cum pluribus sequentibus, etiam si copula secuta sit, vel traductio ad domum ante velationes, ad verificationem enim copulæ utrumque copulatum verificandum est, neque unum absque alio sufficit, ex l. si heredi plures. inst. de hered. instituend. notat Anton. Gom. hic post alios interpretes & Greg. l. 5. tit. 5. part. 6. in glos. 1. & novissime concivis noster doctor Gutierrez in repetitione. §. sui num. 120. inst. de iis qui sunt sui vel al. jur. cessantque jam, ut ibidem ipse Gutierrez optime advertit, alia requisita per l. 9. tit. 11. lib. 1. fori. declarata, prout ante legem nostram ibi Montalvus & Suarez limit. 1. fol. 77. in antiquis requiri concurrere asseriebant. Et quamvis glos. magna in d. l. 5. asseruerit legem nostram in hoc verbo, velado, esse potius litium seminarium quam utilem † prout inquit Aviles. c. 47. pratorum §. incipient. O casado num. 3. ego tamen non percipio in quo consistat litium hæc seminatia, præsertim cum hodie in qualibet parrochia adsint libri, ubi inscribuntur nomina eorum, qui velantur in parochiis suis, nullaque alius quam parochus, vel cui ipse licentiam præbuerit, benedictiones has in ecclesia tribuit, & ita videbis constitutum. ex c. 1. sessione. 24. Concil. Trident. quod quidem capitulum licet loquatur de libro habendo cum matrimonium contrahitur, communis tamen liber hic est illorum, qui velationes recipiunt, & constitutio synodali in quolibet Episcopatu sic esset statuendum, prout in hoc Placentiæ statutum habemus

habemus & juste. Probataque separatione parentum, & continua conjugatorum cohabitatione, velationem esse factam ¶ presumendum est, quoniam ex dicto c. 1. *Concilii*, ante benedictiones has & sic velationes desponsati in eadem domo manere non debent, & proceditur jam per ecclesiasticos iudices contra aliud facientes, & compellunt benedictiones recipere: ex quibus itidem infero, quod etiam filius vel filia uxorati & velati remaneant in domo patris cum uxore vel marito proprio, liberati sunt à patris potestate, ¶ quia requisita nostri tex. impleverunt, quicquid cum timore & restrictione quadam id velat allerere glos. mag. dicta l. 5. tit. 5. part. 6. Infero etiam, quod quamvis filia desponsata filium ab sponso de presenti habuerit, & ea mortua itidemque post eam moriatur filius ille, & sponsum pater ipsius filii sit habes ejus; tamen quia avus semper filium illum & sic nepotem sumum retinuit in potestate eo quod mater ejus nunquam exivit patris sui potestatem secundum Anton. Gomez, hic in fin. & Matienzo hic glos. fin. num. 1. retinebit Avus ipse per totum tempus vite suae usufructum bonorum ¶ filii illius nepotis sui, si qua bona à matre vel aliunde adventitia filius ille haberet, & mortuo socero consolidabitur usufructus hic cum proprietate quam sponsum gener suus à filio suo hereditavit, qui quidem usufructus non evanuit per mortem filii, ut inquit idem Matienzo, in l. 1. tit. glos. 3. n. 18. infra eod. lib. & sic habes hic unum effectum velationis, quem & alios casus ubi velatio requiritur ut effectus ¶ producat, vide per Aviles, ubi sup. & plenè per Abb. Fel. & Annan. in rub. de sponsa, & in c. si inter virum, eod. tit. quos refert Castillo in l. 48. Tauri, verbo *de velatione*. Ibi, *Sea avido*. Intelligit verè non vero fidei, prout advertit optime hic Castillo, & Matienzo super his verbis cumque; vere patris potestatem filius velatus exeat, & liberatur ab ea, per liberationem hanc nepotes intrant locum patris ipsius & efficiuntur sui avi, ¶ secundum Anton. Gom. hic quem sequitur novissime concivis noster in dicto §. sui. num. 128. & 120. aliqua similia inferet ex hoc ipse Anton. Gom. hic per ipsum videnda. Ibi, *Por emancipado*. Id est, pro liberato à patria potestate, secundum text. in l. fin. tit. 16. part. 4. & sic liberate ¶ concessa à manu patris, nam liberatio libertatis ¶ concessio dicitur, ut in l. si viri. c. de bon. matern. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. que lib. & quibus aliis ex causis liberatio hæc à patris potestate fiat, vide text. in l. 15. cum sequentibus, tit. 18. part. 4. & addes illis legem nostram. Er simlie statuitur in Longobardis, secundum Suarez l. fin. tit. 11. lib. 1. fori. versicul. & cum hac lege. fol. 76. in antiquis, & in Francia itidem, secundum Did. Perez, in l. 1. tit. 8. lib. 3. ord. col. 1028. ubi ex aliis legibus id confirmat, & ex Pictavorum consuetudine idem servari asserit Tiraquel, in principio legum communitatum, num. 1. cum pluribus sequentibus, adeo enim concordia matrimonii, per tex. hic, & l. fin. §. fin. ff. de lib. & posth. probatur, quod illud anteponunt patrie potestati, secundum Tiraquel, ubi supra, in parte 5. glos. primæ n. 19. propter hoc enim relinquunt homo patrem & matrem, licet differant consuetudines Franciæ, & supra dictæ, quia hæc

sponsaliorum contractu contentantur, nostræ vero velationem requirunt, secundum quod advertit Matienzo, hic in glos. l. n. 4. imo regulariter Francia non curatur de patria potestate ¶ & ideo parentes non habent usufructum bonorum adventitorum secundum Card. de Grassalis, lib. 1. Regal. Fran. jure 10. pag. 2. & 3. & sic ut ad nostram legem redeimus licet de jure antiquo filius vel filia in patris erant potestate, ex toto titulo C. & insit. de patria potest. & tex. l. item in potestate ff. de iis qui sunt sui vel alie. jura. & per tot. tit. 17. part. 4. etiam si matrimonium contraxissent filius vel filia, ex l. inter. §. filius familias. ff. de adulter. & ex l. 1. tit. 17. part. 4. & notant Anton. Gomez hic, & Suarez in dicta l. fin. tit. 11. in princip. fol. 74. & 75. & Tiraquel. l. 1. connubia. n. 1. cum sequentibus, & glos. mag. l. 5. tit. 5. part. 6. etiam si tales filii essent sexagenarii ¶ secundum dictos ex glos. l. fin. §. pupilli ff. de verb. oblig. hodie tamen ex text. nostro hic, quamvis filius vel filia sint minores 25. annorum si tamen nubunt & velantur servata forma sacro sanctæ matris Ecclesiæ, liberantur à patria potestate & pro emancipatis habentur, dum tamen sint viri potentes, secundum Palac. Rub. in rubric. §. 56. num. 4. fol. 34. & Baccam, de decima tur. c. 4. num. 20. & refert Rebus. l. 1. §. jure proprio num. 196. versiculo interea non est. ff. de verbor. signif. pag. 855. ubi refert in Francia filium 25. annorum exire patrie potestatem. Quibus sic intellectis ampliatis primò conclusionem nostri text. ut procedat etiam tale matrimonium ¶ esset nullum, adhuc enim si velationes ejus intercedant, habet locum dispositio nostri text. secundum Cifuent. hic, in fin. pro quo facit illud quod diximus in l. precedente, in glos. T. de mar. versiculo quid tamen si secundum, & tunc etiam si detur pro nullo matrimonium tale, & velatio ejus per consequens non operetur effectum, non redibit in patris potestatem talis filius vel filia, ut dicemus in glos. fin. nostræ legis. Sed num sicut per matrimonium carnale, ita & per spirituale, & sic per sacerdotium liberabitur filius à patris potestate, ¶ & dicendum est quod non secundum text. in c. constitutus, extra de in integr. rest. & ibi Abb. num. 3. & in authentica, presbiteros. C. de Episcopis & Cler. idem Abb. in c. indecorum, de anat. & qual. & in c. cum voluntate de sent. excom. & in Rubrica de pecc. cleric. num. 2. communis secundum Boher. decisione 121. numero 12. & glos. in dicto c. indecorum & in dicto c. cum voluntate, que contrarium tenentur, & Doctores habet duas glos. sequentes loquuntur & procedunt, quoad spiritualia ¶ quoad hæc enim per sacerdotium exeunt patrie potestatem, ex cap. si annus de judic. in 6. & ita intelligit eas Greg. in l. 14. glos. Por Obispo, tit. 18. part. 4. & est hic communis intellectus secundum Jaf. columna fin. & Orosc. numero 11. l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui, aliter enim siglollas illas intelligeret etiam quoad temporalia, communiter reprobantur, ut vides, & asserit Didacus Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. columna 112. in fin. cum sequent. Sed si adscriberetur Episcopalem dignitatem, eo ipso quod electus ad eam, etiam ante exercitum ejus ¶ exiret à patria potestate, ex c. si servus. §. 4. dist. 11. & ex l. 65. tit. 5. part. 1. & l. 14. tit. 18.

videri uxori de curatore, si ergo hoc tenetur facere maritus, multo fortius si ante matrimonium contractum erat sub tutoris vel curatoris potestate, non censetur ab ea exemptus per matrimonii contractum, & ejus velationem, nam turpius ejicitur quam non admittitur hospes ex l. *patre furioso & ejus materia ff. de iis qui sunt sui, vel alie. jur. & sic cum Pauli opinione transit Greg. in l. 3. verbo; *Fasta, tit. 15. part. 2.* & inquit Suarez in *repetitio. l. 6. rit. 11. colum. 3. lib. 1. for.* quod nunquam vidit obtentum, filium vel filiam per matrimonii contractum & velationem liberari à curatoris vel tutoris potestate, & sic ceteri majorem, pro quo & facit illud elegans Abb. *consilium 91. volum. ascendentis, pupulum vel minorem* utque ad legitimam aetatem non exire curatoris vel tutoris potestatem, neque huic opinioni obstat videtur. leg. *6. rit. 16. part. 7.* & ibi. *Y esto esto es, porque el huervivo despues que es casado y trae su muger a su casa no recibe embargo ninguno en demandar quenta a su guardador de sus bienes.* Quoniam cum in plurimum leges paritarem cum jure communi consonent, neque intelligantur corrigere, nisi id expresse disponant, vel ex ipsa lege necessario colligatur, debet lex ista paritarem intelligi, ut non obstat dictae opinioni, & quoties postquam nupit implevit terminum aetatis sui habilem ad exaudum à cura vel tutela, pro quo optime pondero legem illam dum dicit, *Despues que es casado*, ponderando verbum, *Casado*, quod intelligendum est de habili ad contrahendum matrimonium, & sic de masculino majori 14. annorum, & de femina majori 12. quae sunt tempora ad contrahendum matrimonium à jure constituta, & quibus adveniens cessat tutela, item & hoc claris patet ex ipsius verbis illius legis secundum impressionem meam, quae est Gregorii Lopez, & quae attendenda est ex juribus & privilegiis in principio paritarem propositis, secundum quam impressionem dictio illa copulativa, *E, non est post verbum, Casado*, ut prius retuli, sed post verbum, *A su casa*, hoc modo, *E non recibe embargo ninguno en demandar quenta a su guardador de sus bienes.* Pondera enim copulativam illam, *E*, quasi non sufficiat matrimonii contractus, sed & quod nullum recipiat impedimentum, quod adest de jure, si aetas nondum venit ut exiret à tutoris vel curatoris potestate, & sic verbum, *Guardador*, illius legis ita de tutore & curatore intelligi potest, ut tunc demum exeat tutoris vel curatoris potestatem per matrimonium, si adest in tempore habili ad exaudum à tali potestate, quod & ex aliis verbis illius legis decepti potest, & quia leges semper disponere volunt in casu habili & proprio, & sic hanc etiam opinionem novissime tenuit Mexia, in *apparatu ad leg. De Toledo, sexto fundamento, secunda partis, num. 10.* per text. expressum in l. 2. *cum sine l. prima ff. de minor.* ubi est additio marginalis ita notans, & inquit Mexia *ibi*, se distulisse legem istam à Doctore Benito de Castro, & quod hanc opinio tenenda est, & probatur etiam ex text. in l. *de his C. de admin. tutor.* quam ad hoc allegat Baega, *de debito inope, cap. 14. num. 4.* & novissime etiam sequitur. *Parladorius in lib. suo rerum quotidian. c. 12. quem nullo post hoc videtis.**

di, mihi tamen in puncto juris semper visa fuit verior contraria opinio: imo quod & à tutoris vel curatoris potestate per matrimonii contractum & velationem pupillus hic liberetur, licet diffi-culter obtinebis in practica, & hanc mea opinio saltem jure Regio attento, vera videtur, cum Segura ita tenente relato & secuto per Didacum Perez, *leg. 3. rit. 11. lib. 4. ordin. columna. 1527. cum sequent.* ubi testatur ipse quod ita vidit pluries decum in hoc Regno per judices, & allegat pro se dictam l. 6. *rit. 17. part. 7.* quae quidem si attendi inspicitur, probat nostram opinionem & conclusionem sive adit littera, quam ibi refert Gregor. Lopez, sive secunda & alia littera, prout supra retuli eas: Neque obstat meus intellectus ei supra assignatus, quoniam est nimis superfluous & divinatius ad litteram ejus, & quia sive uno sive alio modo litteram legas, cum continuatè procedant ejus orationes in hoc, expresse hanc secundam probat opinionem, & quia secundum intellectum dictam, manca & sine sensu remanet illa oratio, *E non reciben*, &c. item & pro hac opinio-nem confitero l. 3. *rit. 15. part. 2. ibi. Fasta que sea casada*, ubi disponitur quod si in Regno remanet filia debet adesse sub curatoris potestate usque dum matrimonium & contrahat, quasi tunc per matrimonii contractum exeat ab hac curatoria potestate, cum dictio illa, *Fasta que*, sit exclusiva casus contrarii, item si per velationem eximitur à potestate patris, quae naturalis, & fortior, quam tutoris aut curatoris est, cur & non liberabitur à tali potestate tutoria vel curatoria, quae est accidentalis & debilior, quoniam propter unum quodque tale & illud magis, ut in *arbitrio. multa magis C. de Episcopis & Cleric.* & sic hanc faciendam opinionem ultra Seguram & Perez ubi supra, videtur etiam tenere Gregor. Lopez, *sibi contrarius in l. 9. glos. Llamay, tit. 1. part. 2. in quadam ratione ibidem assignata*, ubi cum esse tutela vel cura, & certe iis attentis hanc opinio videtur tenenda, quam & sequitur practicus Monterroso in *practica sua pagin. 121. ubi dicit in l. 6. rit. 17. part. 7. ad hoc allegat*, & probat eam legem. 207. stili, & hanc tenendo opinionem, non obstat lex illa. 3. *rit. 17. part. 6.* quae prohibet maritum non esse tutorem uxoris, quia non ex hoc censetur excludere, quin non possit uxor contracto matrimonio & velationibus factis capere rationem administrationis à tutore vel curatore, nam eundem poterit, & nolle esse amplius sub administratione caritoris, nam & qui à tutoris potestate exiit, invitum compelli non potest curatorem recipere secundum text. in *principio*, & in §. 1. *instit. de curat.* si ergo hoc ita est, cur & non erit idem in hoc casu, sed & si adhuc tunc uxor voluerit sub curatoris potestate existere poterit optime curatorem nominare, dum tamen non sit maritus ejus, & hoc modo procedet dicta l. 3. *paritarem*, nihilominus tamen ut inquit Suarez ubi supra, experientia me docuit, nunquam in practica poteris cum hac secunda opinione obtinere.

Ibi: *En todas las cosas. Et sic in omnibus & per omnia*, ut optime inquit Anton. Gomez, *hic num. 3.* idcoque non solum in commodosis ipsi filio verum & in prejudicialibus intelligenda Accedo in *Recopilacionem. Tom. III.*

en lex nostra, & secundum eum & Castillo hic 50 relatos & secutos per Doctorem nostrum Gutierrez in §. *sua, n. 121. instit. de hered. qual. & differ.* contra Suarez ubi relatum contra tenentem, & contra relatos per Baegam in, & hanc mea opinio saltem jure Regio attento, vera videtur, cum Segura ita tenente relato & secuto per Didacum Perez, *leg. 3. rit. 11. lib. 4. ordin. columna. 1527. cum sequent.* ubi testatur ipse quod ita vidit pluries decum in hoc Regno per judices, & allegat pro se dictam l. 6. *rit. 17. part. 7.* quae quidem si attendi inspicitur, probat nostram opinionem & conclusionem sive adit littera, quam ibi refert Gregor. Lopez, sive secunda & alia littera, prout supra retuli eas: Neque obstat meus intellectus ei supra assignatus, quoniam est nimis superfluous & divinatius ad litteram ejus, & quia sive uno sive alio modo litteram legas, cum continuatè procedant ejus orationes in hoc, expresse hanc secundam probat opinionem, & quia secundum intellectum dictam, manca & sine sensu remanet illa oratio, *E non reciben*, &c. item & pro hac opinio-nem confitero l. 3. *rit. 15. part. 2. ibi. Fasta que sea casada*, ubi disponitur quod si in Regno remanet filia debet adesse sub curatoris potestate usque dum matrimonium & contrahat, quasi tunc per matrimonii contractum exeat ab hac curatoria potestate, cum dictio illa, *Fasta que*, sit exclusiva casus contrarii, item si per velationem eximitur à potestate patris, quae naturalis, & fortior, quam tutoris aut curatoris est, cur & non liberabitur à tali potestate tutoria vel curatoria, quae est accidentalis & debilior, quoniam propter unum quodque tale & illud magis, ut in *arbitrio. multa magis C. de Episcopis & Cleric.* & sic hanc faciendam opinionem ultra Seguram & Perez ubi supra, videtur etiam tenere Gregor. Lopez, *sibi contrarius in l. 9. glos. Llamay, tit. 1. part. 2. in quadam ratione ibidem assignata*, ubi cum esse tutela vel cura, & certe iis attentis hanc opinio videtur tenenda, quam & sequitur practicus Monterroso in *practica sua pagin. 121. ubi dicit in l. 6. rit. 17. part. 7. ad hoc allegat*, & probat eam legem. 207. stili, & hanc tenendo opinionem, non obstat lex illa. 3. *rit. 17. part. 6.* quae prohibet maritum non esse tutorem uxoris, quia non ex hoc censetur excludere, quin non possit uxor contracto matrimonio & velationibus factis capere rationem administrationis à tutore vel curatore, nam eundem poterit, & nolle esse amplius sub administratione caritoris, nam & qui à tutoris potestate exiit, invitum compelli non potest curatorem recipere secundum text. in *principio*, & in §. 1. *instit. de curat.* si ergo hoc ita est, cur & non erit idem in hoc casu, sed & si adhuc tunc uxor voluerit sub curatoris potestate existere poterit optime curatorem nominare, dum tamen non sit maritus ejus, & hoc modo procedet dicta l. 3. *paritarem*, nihilominus tamen ut inquit Suarez ubi supra, experientia me docuit, nunquam in practica poteris cum hac secunda opinione obtinere.

Ibi, *Para siempre*, Ex iis verbis quae continuationem perpetuam includunt & perpetuam denotant, ex dictis per Boher. *decisione. 328. numero final.* & Aviles in *capitul. preter. num. 69. cap. 10. in glos. executione*, & concivem meum in *repetitione legis, novo potest. num. 475. de leg. 1.* sequitur, inquam & deducitur ex iis verbis, *Para siempre*, quod si semel filius vel filia per velationes exiit à patris potestate, amplius ad illam non redibit, & quamvis viduus vel vidua efficiatur: de quo dubitavit Boher. *decisione. 197. num. 4.* & Calaneus in *consuetud. Burg. Rubrica 3. la femme vit. §. 1. num. 21. folio. 127.* & Tiracuellus. *late in legibus communitatis glos. 3. num. 1. cum pluribus sequentibus*, & in hoc casu cessat regula, cessante causa cessat effectus, imo & quod plus est quod quantumvis talis filius vel filia ingratitude inem contra patrem commiserint, non reincident in patris potestatem, & tunc cum a lege accepterint emancipationem, nimirum si propter ingratitude inem non revocetur, cum nihil à patre acceperint, quod secus est si ab ipso patre emancipentur, nam tunc si ingrati sunt, reincident & in ejus potestatem, secundum

dum turtum, ubi notat Barr. in l. qui liberatus ff. de adoptio. ubi Horosc. column. 279. hoc ad legem nostram notat & applicat, quem sequitur concivis meus in dicto §. sui. num. 122. instituit. de hered. qual. & glos. final. tit. 18. part. 4. & novissime Lara, in l. si quis a liberis. §. si quis ex his, num. 12. ff. de lib. agnos. & sic intelliges quod diximus, leg. 2. tit. 1. lib. 1. supra, & glos. leg. fin. C. de consul. & part. libro 12. quam & alias refert Castillo, hic in glos. final. & hac pro hac lege ultra omnes scribentes hic sufficiant.

IN LEGEM NONAM

Qua erat 48. Tauri.

Filius vel filia post matrimonii contractum & velationes factas acquirunt sibi usufructum omnium bonorum adventitiorum etiam patre eorum vivente, qui quidem tenetur eis bona illa restituere nullo apud se illorum bonorum retento usufructu.

SUMMARIUM.

1. Usufructus adventitiorum semel acquisitus patri non cessat etiam si filii emancipentur, secus per velationem, ut numero sequente.
2. Emancipato filio per patrem, dimidia pars usufructus adventitiorum patri remanet, secus per velationem, ut ibid.
3. Emancipatus filius per patrem si veletur recuperare illam dimidiam partem usufructus, quam pater habebat, & a contrario si non veletur retinere patrem usufructum per tempus vite sue, & n. 4.
5. Filius famul. si de tertio bonorum suorum dispensat in favorem extranei, an in proprietate & usufructu dabitur tertium illud illi extraneo legato, an & detrahent tertium de aliis bonis fratrum ante mortuorum.
6. Acquisita ex successione unius ex fratribus, dicto alter frater velatus poterit a patre petere, ibid.
7. Filius sicut per velationem acquirunt usum fructuum bonorum adventitiorum a patre retentorum an & per adventum etatis 25. annorum. Ad limitationem doctrinae glos. cuiusdam, dicentis filium sexagenarium non exire patris potestatem.
8. Pater ratione patrie potestatis acquirat usufructum bonorum filiorum suorum in sua constitutorum potestate, proprietate verborum filii ipsi remanet.
9. Per velationem filiorum non solum pater amittit usufructum adventitiorum, sed & communitatem.
10. Pater an possit petere a filio expensas litis factas in rebus adventitiis, quarum usum fructum restituit ipsi filio vel sumptus utiles in rebus illis factoribus, ibi.
11. Onus rei usufructuariae an solvet usufructuarius vel proprietarius.
12. Adventitia bona que dicantur, & 14. optima dicuntur.
13. Filius non tenetur trahere ad collationem cum aliis suis fratribus bona sua labore acquisita, & sic neque solvitur.

14. Casprensium vel quasi bonorum usufructus & proprietate filiorum ea acquirentium suorum, num. 14. in fin. & num. 15. qua talia dicuntur.
16. Salarium datum medico de publico an casprensio dicitur.
17. Bonorum post velationem filio acquiruntur in proprietate & usufructu acquiruntur, secus de illis qua ante velationem acquiruntur.
18. Adventitia esse quis probabit.
19. Filius impubes velatus non exiit patrie potestatem, & sic neque usufructum adventitiorum acquirat.
20. Pater in conscientia tenetur filio velato bonorum adventitiorum usufructum restituere, & n. 25. ampliatur, & limitatur.
21. Lex ubi non est ab Ecclesia reprobatam, neque continet in se peccatum, in foro animae est servanda.
22. Ex illo die, quo filius exiit patrie potestatem tenetur pater reddere rationem administrationis, & ex tunc bona patris sunt hipotecata.
23. Volens unum quid, censetur & velle omne aliud, sine quo illud unum esse non potest.
24. Verbum privatium inducit ipso iure etiam si tempus futurum respiciat.
26. Filius si tacite consentiat patri uti usufructu post velationem filii, an censetur patri donasse ita ut pater ad restitutionem non tenetur, ubi & quid in filio patre permittente, & 27.
28. Metus reverentialis non sufficit ad rescindendum contractum.
29. Qui per reverentiam non contradicit non praesumitur consentire.
30. Pater licet alias usufructu uti non possit, poterit tamen communitate eius uti, nisi pro velatione filius emancipetur.

Ibi, mandamus. Sed qua fuit hujus legis ratio dubitandi, nam si secundum legem supra proximam filius vel filia velati a patre exiit potestate, & in omnibus & per omnia ab eo liberantur, sequitur necessario quod deinceps bonorum adventitiorum suorum filii habebunt usufructum, ut in l. cum oportet, in principio. C. de bonis. que lib. quoniam ad hoc ut pater habeat usufructum bonorum filii requiritur patria potestas ut ibi & in §. hoc quoque, insit. per quas personas nobis acquiruntur, & l. 1. & ibi Doctores C. de bonis mater. Sed patrias potestas cessat per velationem, ergo & usufructus perceptio, & sic filii competit, qui in bonis adventitiis proprietatem habent, igitur lex nostra non servit de dubio: nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod lex nostra maximam habuit dubitandi rationem, & est salubris dispositio & necessaria, etiam lege supra proxima attenda. saltem in casu magis difficili, in quo semper lex nostra & alia Taurinae voluerunt providere: ponamus enim quod filius velatus postquam pater per mortem uxoris suae incepit usufructum bonorum adventitiorum percipere, quia filium in potestate habebat, nonne satis dubium erat, an filius iste velatus post usufructum illam a patre abdicare: quando quidem patria potestas, quae requiritur ad acquisitionem usufructus

fructus talium bonorum, scitis est quod intervenire in principio, licet postea cesset, per quam velationem non cessat usufructus semel acquisitus, & secundum Bald. relatum & secutum per Anton. Gom. hic. num. 5. ubi iura pro hoc allegat, & Palac. Rub. in rubrica §. 43. in principio, ergo ad elidendum hoc necessaria fuit nostrae legis dispositio: item & quia per emancipationem pater emancipans filium retinet dimidiam partem usufructus & bonorum a filio ipso ante habitorem, ex l. cum oportet, §. cum autem C. de bon. mat. l. fin. C. de emancip. lib. l. §. rit. 18. part. 4. & hoc non quia emancipatio legalis est, quia in dignitatibus & mediis aliis quibus filius a patris potestate liberatur ex legum dispositione non utique est indubium totum usufructum patri acquiri, ut patet ex dictis per Matienzo hic glos. fin. num. 2. Sed quia lex nostra, in hoc casu voluit quod speciale constitueret in favorem filiorum, & ob sustentanda onera matrimonii, ut ex emancipatione per velationes consecuta pater amittat totum usufructum bonorum filii emancipati, vel filia emancipata per velationis contractum, praesertim cum quasi semper patres in matrimonii filiorum & filiarum consentiant, & eorum consilium saltem de honestate requirendum sit, praesertim a filiabus, & patre consentiente de jure etiam civili filio tali acquiratur usufructus, secundum Angel. relatum & secutum per Palac. Rub. ubi supra, & hodie ex text. nostro sive pater consentiat sive non, filius talis vel filia totam usufructum bonorum suorum habebunt, igitur multa necessaria lex nostra disposuit & declaravit, & alia correxit disposita de jure antiquo in nostro casu tanquam, ex quo ipse Anton. Gom. hic. num. 6. quaerebat quid si pater filium emancipat propter quod dimidia pars usufructus ipsi remanet, an si post filius iste contrahat matrimonium & veletur, illa dimidia pars usufructus patri remaneat & filio huic acquiratur? & inquit quod sic, & bene, quem post hac scripta refert & sequitur Matienzo hic dicta glos. fin. num. 3. nam per velationem totum illum amittit ex lege nostra, & sic si pater habet usufructum in bonis filii, & filius ille ante velationem moriatur vivente patre, retinet pater praedictum usufructum per totum tempus vite suae, & sic talis usufructus durat post mortem filii secundum Anton. Gom. hic. num. 5. eo quod a principio adfuit patria potestas, quae sufficit ad acquisitionem usufructus, ut daret in perpetuum nisi filius vel filia veletur, ex text. nostro hic. Sed an si filius, vel filia in potestate patri constituti tempore mortis in favorem cuiusdam extranei dispoherent de tertio bonorum suorum, de quo secundum legem. r. tit. 8. infra isto lib. disponent possunt in hoc casu, an etiam usufructus bonorum illius tertii admittere patri? & videretur quod non, quia non fuit finita patria potestas per velationem, de quo tamen quia instat tempus, videbis Tellum l. 5. Tauri. num. 2. cum sequentibus. Sed an tertium hoc detrahetur ex aliis partibus fratrum primi matrimonii mortuorum? ante hunc filium de tertio hoc disponentem, vide ex Tell. l. 6. Tauri. n. 68. & an acquisita ex successione unius ex fratribus alteri velatus poterit a patre petere vide que

diximus l. 4. supra eod.

Ibi, De iniqui adelante. Lex haec futura non praeterita negotia ante ejus promulgationem accessit respicit, sed nonne lex semper futura & non praeterita respicit; & fatendum quidem est, sed quia lex nostra est una de legibus Tauri, in quibus est speciale ut etiam praeterita respiciant nisi aliud per eas dispositum reperitur, & haec nostra est una de iis, ideo declaravit quod volebat legislator in praesenti futura non vero praeterita respicere quod est optimum ad l. 6. tit. 1. lib. 20. supra. ubi diximus.

Ibi, Casamientos, y velandose. Copulative haec ambobus requiruntur secundum quod diximus in l. procedente super verbo Velado, & haec verba sunt gerundii in do, & sic conditionem & formam substantialem inducunt, ut alibi per nos dictum est, & sic perfectionem actus & implementum conditionis requirunt, & praecedere debet. Sed an sicut per velationem filius vel filia adipiscuntur usufructum bonorum adventitiorum a patre, sic & adipiscuntur perveniendo ad aetatem & 25. annorum, & videretur quod sic ex text. optimo quem a nemine usque ad hoc consideratum vidi in l. 31. tit. 11. part. 4. ibid. Fuera en de se la orreffe de entregar a los hijos que no fuesen de edad, que la puede tener el padre o la madre, y hasta que sean de edad. Ergo a contrario consideranda dictionem illam, *Essta*, quae exclusiva est, & inclusiva includit etiam in se casum cum fuerit filius 25. annorum & abinde exclusiva est, ut possit filius a contrario sensu petere a patre dotem matris & sua bona adventitia, inquisio enim unius est exclusio alterius & contra, & ita quae 25. annorum est illa, quae habilitat filium ad contrahendum cum patre, secundum legem 9. tit. 11. lib. 1. fori, & sic inquit Boher. decif. 197. num. 3. uti in Regno Francia & Ducatu Britanniae, ut per adventum 25. annorum filius efficiatur capax petendi bona adventitia, & sic fructu eorum utendi, & pro hoc etiam considerabam legem illam. 9. tit. 11. fori requirerentem ultra matrimonii contractum & velationem aetatem viginti quinque annorum ut filius vel filia pro emancipatis haberentur, majoremque vim faciebat lex haec fori in aetate quam in velatione, ad hunc effectum maxime si ut advertit ibi Suarez limit. 1. fol. 77. in principio, in antiquis, esset apposita disjunctiva illa, *O de edad de veyn e y cinco años*, quam in suo libro habere asserbat, quae si adesset, esset ibi text. expressissimus pro hac opinione, cum per disjunctivam sola preventio ad aetatem an sufficeret ad emancipationem hanc consequendam, & sic peti possent bona adventitia a patre, praesertim attenda dicta lege partitarum, quae pro hac opinione fortis videretur, & sic secundum hoc non procederet glos. & communis opinio in l. fin. §. Pupillus. ff. de verb. oblig. dicens filium etiam sexagenarium & non exire patris potestatem, quam communem asserit Anton. Gom. l. 47. Tauri. num. 1. & Pinel. in secunda parte, l. 1. num. 34. C. de bonis. mater. sed potius communis haec correcte remaneret, verumtamen quia lex nostra de aetate illa mentionem non facit sed tantum de matrimonio & velatione ut filius vel filia emancipati sint & petere possint usufructum bonorum adventitiorum a patre habitum

habitu, teneo etatem illam 25. annorum non sufficere ad hoc, neque per eam exire filium vel filiam patris potestatem, & sic nunquam in practica vidi de hoc dubitatum, & argumentum a contrario sensu non est sumendum ex dicta l. partitum pro prima opinione allegata ad corrigendum iura civilia, neque lex illa fori est attendenda nisi in locis ubi ejus usus probaretur, presertim cum lex nostra & precedens limitative loquentes nihil de etate meminerint, quasi etas 25. annorum in hoc casu effectum non inducat, ad propositum ergo verborum nostri legis nostre redeundo pro eorum declaratione notare habes quod pater ratione patrie potestatis quam habet in filium, acquirit ipso jure ex legis dispositione usufructum in omnibus bonis filiorum modo proveniant a patre vel ab ejus linea, modo a consanguineis, modo ab aliis penitus extraneis, & proprietatis ipsi filii relevatur, & secundum text. in l. 1. C. de bon. mat. & l. 5. tit. 17. part. 4. quod pluribus ampliatur modis Anton. Gom. hic. num. 1. cum seq. plurib. à quo desumpsit Matienzo hic in glos. 1. quod & an in fructibus prabendae Ecclesiasticae à filio possessa procedat, dixi in l. procedenti, & cum hac in patre procederet, limitavit ea lex nostra, ut si filius vel filia contraherent matrimonium & velarentur possent a patre usufructum bonorum suorum petere, ut consolidaretur cum proprietate, nulliusque filiorum conjugatorum & velatorum partem suam petendo, & si unus tantum esset filius, omnem usufructum peteret, & sic est lex nostra declaranda, alia de perceptione usufructus Doctores hic inculcant, quae cum ad rem non faciant omnia facio, per ipsos videbantur.

Ibi, *El usufructu*. Intellige ut & commoditatem ejus etiam percipiat, in correctionem doctrinae illius quae antea generaliter habebat, quod licet filius exibat patris potestatem propter quod pater amittebat usufructum, non tamen amittebat commoditatem, & prout ex doctrina Bart. in l. item in potestate, ff. de iis qui sunt sui vel alien. deducebat Carolus à Grassalis lib. 1. Regal. Fran. jur. 10. pag. 3. in parvis, quod quidem quamvis verum esset & procederet quoad alias emancipationum species, non tamen procederet quoad hanc nostri text. emancipationem, nam & commoditatem amittere pater: & quid sit usufructus & quotuplex declarat Castilho hic. Et an pater possit petere à filio expensas factas in rebus filii adventitii, quarum usufructum restituit ipsi filio, vel sumptus factos in perpetuam rei utilitatem, vide late & optime per Pinel. in 2. parte. l. 1. C. de bon. mar. num. 68. & 72. & an onus rei, ex qua percipitur usufructus solvet usufructuarius vel proprietarius & vide Covar. lib. 2. var. c. 2.

Ibi, *De todos sus bienes adventicios*. Sed quae dicantur bona adventicia & melius quam alibi declarat l. 5. tit. 17. part. 4. ex qua quidem approbatur doctrina illa Bart. relata per Anton. Gom. tom. 2. c. 15. num. 11. in sp. dicentis quod illa, quae quae filius suo labore adventitia reputantur, secundum glos. 2. l. 24. tit. 13. part. 5. & sic filii sunt, quoad proprietatem, & patris quoad usufructum, & sic bo-

nes & alia lucra acquisita per filium ex labore suo, & soldatis conferre ea & dividere cum aliis fratribus filius hic ea acquirit non tenetur, sed ea praecipua habebit, ex lege 7. tit. 4. lib. 3. fori, & Montalvo in l. 5. tit. 17. part. 4. & in l. 29. Tauri quae ponitur sub l. 3. tit. De las herencias, infra isto lib. latius dicemus, ex quo cum lucrata à filio labore suo dicantur adventitia nimirum, si ipso filio velato, sit eorum usufructus ei restituendus per patrem, & abinde cum proprietate consolidetur ex text. hic in iis verbis, *Ve todos sus bienes adventicios*, universalitas enim illa, todos, nihil excludit, ut in c. si Romanorum 19. distinctione & verbum *sus*, latine, *suis sua suum*, dominium denotat, & sic proprietatem ita quod in illis in quibus filius velatus proprietatem habet, lex nostra locum habeat, sicut & locum habebit in omni eo, quod pater promittit filio benemerito, illud enim adventitium & etiam dicitur, secundum gloss. 3. l. 24. tit. 13. part. 5. ubi & alia refert quae adventicia dicantur, itidem & tertio locum noster text. habebit in bonis illis, quae filius propter merita sua acquisivit, puta, donatione extranei sibi facta, nam & haec adventicia dicuntur, secundum Jaf. in l. quod dicitur, num. 18. sub 178. ff. de verb. oblig. & probatur ex d. l. 5. tit. 17. part. 4. imo & quod plus est secundum Jaf. ibid. num. 20. omne illud, quod extraneus aliquis propter merita filii patri ipsius filii donaret vel relinqueret, vel promitteret adventitium dicitur, & pater ut filii videtur stipulari ea, & ibi ipse Jaf. Dubitat an si pater stipuleret donum fieri filio in solo ipsius patris, superficies facta ipsi filio acquiratur, & adventitium dicitur, cum ergo supra dicta bona adventicia dicantur filio velato cui pertinent acquiruntur etiam quoad usufructum ex *legemofira*, omnem adventitorium usufructum tali filio restituendum probante, illorum tamen bonorum, quae castrensia vel quasi dicuntur, lex nostra non providit, quoniam haec talia filii ipsi etiam non emancipatis acquiruntur in proprietate & usufructu, secundum text. in l. 7. tit. 17. part. 4. ubi & ipsamet lex declarat quae dicantur castrensia vel quasi, & de quo & per text. & ibi glos. 2. in l. 2. tit. 2. part. 3. & per Convicem nostrum Doctorem Gutier. in repetitione §. sui num. 25. cum duobus sequentibus, infra, de hered. qualit. & differ. & quare Castrensia dicantur declarat l. 16. tit. 17. part. 4. Et an salarium datum medico de publico dicatur Castrense & vide Montal. l. 1. tit. 13. lib. 3. fori. Et intellige dicta scilicet, quod bonorum adventitorium pater usufructum habet eorum scilicet quae filio acquisita fuerunt antequam velaretur, nam eorum quae filio obvenierunt post matrimonium contractum & velationem, acquisitio * sit filio tali in proprietate & usufructu, cum tunc deficiat patria potestas propter quam patri usufructus eorum acquiri poterat, secundum Anton. Gom. hic n. 6. Sed est dubium quis probat quod sint adventitia, & dicendum est quod filius ea petens, & tum quia ipse actor est & actor non probante reus pater est absolvendus, tunc etiam quia de jure civili omnia patris praeiuebantur, & ex bonis mariti acquisita, secundum Palac. Rub. in rubrica §. 60. per totum praesertim in n.

15. de jure vero nostro Regioes l. 1. tit. De las ganancias, infra isto lib. praesumuntur lucrata constante matrimonio, ergo filius ea petens tanquam adventitia, tenetur probare talia esse, probabitque per instrumenta vel testes, vel inventarium a patre factum, qualicet pater bonorum uxoris mortui inventarium facere non teneatur, hoc est verum tempore mortis, tempore tamen contracti matrimonii tenetur, imo & tempore mortis cogi potest quendam memoriam & descriptionem bonorum uxoris facere secundum quod dixi in l. 4. supra isto tit. & lib. & per illam memoriam probari possunt bona illa: item intellige quod tunc potest filius velatus petere usufructum bonorum, quoties pater factus velatur, secus si ante, nam tunc etiam per velationem non exit patris potestatem, & ut supra proxima glossa dixi, & tenet expresse Baeca de decimatur. c. 4. n. 20. raro tamen hoc eveniet.

Ibi, *Sea obligado*, adeo ut & in conscientia teneatur pater usufructum horum bonorum adventitorium post velationem decursum ipsi filio velato, cuius bona sunt, restituere, & nam cum lex haec honesta, justa & sancta sit, & in favorem quodammo matrimonii, ut ejus onera sustentari valeant, merito quod in conscientia obliget, cum haec sit proprietatis similis legis, secundum Soto, lib. 1. de just. questione 6. artic. 4. considerari & tenet in propositum nostrae legis gl. mag. col. 2. in l. 5. tit. 5. part. 6. & fundatur, nam causa acquisitionis talis usufructus est patria potestas, quae tamen per velationem cessat, & cum causa deficiat, deficit & titulus ea capiendi, igitur aliena capiti tunc pater, & per consequens ad restitutionem tenetur, & nisi restituit, rapit, item ubi lex civilis expresse non reprobat ab ecclesia, neque continet in se peccatum, observanda est in foro animae, prout communem testatur Barba in c. filius colum. 2. num. 8. de resan. & ibi Covar. & qui potestati restitit Dei ordinationi restitit, ad Romanos 13, tradit Covar. C. cum esset num. 6. de restan. & in c. peccatum 2. par. §. 3. & facit optima lex. 15. tit. 18. part. 4. & ibi glos. pen. & fin. & text. in l. litis. §. pater ff. de neg. gest. item & quia cum ex die quo filius velatur, fructus consolidantur cum proprietate ex text. nostro hic, ibi, *Casados y velando*, junctis verbis, *Aya para si*, ex tunc tenetur pater reddere rationem administrationis bonorum illorum & usufructus eorum, secundum Fanum, de pign. 2. part. 4. membro num. 15. imo & ex tunc bona patris remanent filio hypothecata, & secundum eum ibi, num. 15. 16. & 19. diesque etiam tacita hominem interpellat & in mora constituit, secundum Jaf. in l. quoties in diem, num. 5. fol. 92. ff. de verb. oblig. & sic laesam ex tunc pater conscientiam habet, igitur nimirum si ex tunc obligemus eum ad restitutionem filio huic & heredibus ejus, praesertim cum verba nostri text. ibi, *Aya para si*, sive praesentis temporis ea esse dicas, sive futuri, ut dixit Tell. l. 16. Taur. num. 10. executiva & privativa sunt, nam cum filio acquiri dicat lex nostra usufructum, in consequentiam & in necessarium antecedens eo privat patrem eo tunc gaudentem, tutissima enim juris regula est, quod qui in sua dispositione vult unum quid, censetur in Recopilacionem. Tomi III.

tur velle omne aliud, sine quo istud unum esse non potest in necessarium antecedens suae dispositionis, ut l. neci §. 1. & l. illud ff. de acquirend. hered. l. si iter legatum ff. de serv. notat Soc. lum. in consil. 28. num. 6. volumine 2. & inclusio unius est exclusio alterius, sed verbum privativum etiam futuri temporis, quamvis de natura ejus non sit privationem inducere ipso jure, tali casu inducit eam, & ex dictis per Felin. 24. & Cum. ab eo relatum in c. Rodolphus, num. 25. de rescript. & Dec. c. ex parte 1. num. 3. eodem tit. & notat Didac. Perez in l. 17. tit. 3. lib. 1. ord. col. 146. versio. No pueda, & Jaf. in l. in emphiteucariis, num. 13. C. de jar. Emphi. Sed cum ipso jure filio applicetur usufructus hic & in consequentiam pater eo privetur, & per velationem filii, & itam filio applicetur, ex dictis per Tell. l. 4. Taur. num. 45. igitur in conscientia tenetur restituere usufructum post velationem perceptum, prout & succinte tenuit Gomez Arias hic quam legit sub l. 46. Tauri, num. fin. ideo multum patres ad hoc debent advertere ne conscientias suas gravent, quod in tantum verum est quod non solum tenetur pater restitutionem hanc facere de bonis praesentibus, sed & de futuris, & secundum Castilho hic num. 11. ubi & n. 12. inquit tunc teneat patrem ad hanc restitutionem quoties habet unde possit, secus vero aliam, quod tamen an in conscientia excuset si pater potuit aliquando restituere & noluit, consule Theologos. Sed est in propositum singularis questio, num si filius hic non contradixerit patri huic percipienti hunc usufructum contra legis nostrae dispositionem, an censetur donatum patri usufructum hunc post filii velationem perceptum, ita quod ipse pater & haeredes ejus tunc remaneant tam in iustitia quam in conscientia, & in hac questione reperio quod Castilho hic dicitur. 11. tenet quod sic, & quod pater, & ejus haeredes tunc non tenentur ad restitutionem hanc, quia filius censet remissile usufructum hunc per patrem perceptum dum vixit, sicut & in patre idem censetur si permitteret filio nondum velato bonorum adventitorium usufructum percipere, quia neque filius neque haeredes tenebantur illum restituere patri vel haeredibus suis, & secundum text. in l. cum oportet §. fin. autem res sibi memorato C. de bon. que lib. & secundum Tell. optime in l. 17. Tauri. n. 59. & 62. clarius, & optime per Francisc. Becium, consil. fin. num. 29. ubi ex hoc inquit mortuo patre non teneri filium hos fructus conferre, & Jaf. in l. ut nemini. num. 1. C. de collatio. ubi se remittit alibi ubi contrarium tenuit, ergo & contrario in nostro casu si filius velatus consentiat tacendo, idem erit dicendum, & hoc solum argumento ita tenet Castilho, dicto num. 11. ego tamen salva ejus pace semper teneo & teneo contrarium, imo quod si pater moriatur, possit ipse filius petere usufructum talem à patre perceptum, à die quo ipse filius uxoratus & velatus fuit, & pro hac mea opinione considero fundamentum ipsiusmet Doctoris del Castilho, nam si pater censetur remissile usufructum à filio perceptum ex bonis patris ipsius vivente patre, quia pater ipse, neque in vita, neque in morte non repetitur à filio usufructum hunc, neque jussit repeti, nam si repetit

teret vel juberet repeti, esset utique prestandum, non solum futurum sed & preteritum, secundum Tell. dictio n. 62. & Paul. in l. cum oportet §. sin autem. num. 4. C. de bon. lib. & facium dicta per Anton. Gom. tom. 2. c. 4. num. 21. licet hoc de preterito non usquequaque firmo, ex dictis per Anton. Gom. hic num. 10. & per Alvarado, de consuet. ment. res. lib. 1. c. 2. num. 8. in fine cum sequente. Si ergo ut filius teneatur ad hanc restitutionem, petitio patris vel jussus ejus requiritur, & iis deficientibus vel aliquo eorum cessat restitutio, ergo à contrario si filius mortuo patre percipiente usumfructum bonorum adventitiorum filii valati petat usumfructum hunc, vel peti jubeat, restituendum est omnino ipsi filio petenti, vel jubenti peti, ergo ex argumento eodem convincitur ipse Castillo, item & quia non militat eadem ratio cum filius non repetit a patre vivo, vel cum pater non repetit à filio, sed potius diversissima, quoniam in patre non repetente damus liberam voluntatem, qua quidem cum usus in vita non fuerit, remissile & donasse censendum est, in filio autem respectu patris non liberam, sed coactam reperimus, nam ob patris reverentiam tacebit, & reverentialis hic metus licet non sufficiat ad rescindendum contractum, & contra glos. communiter reprobata in l. 1. §. qua oneranda ff. quarum rer. actio. non datur, nisi illam intelligis ut per Covar. in 4. part. 2. c. 8. §. 6. num. 4. ad finem, tamen ut non censetur donasse neque remissile usumfructum sufficit metus hic reverentialis filii erga patrem, secundum Suarez allegatio. 24. in principio, ubi inquit quod ille qui non contradicit propter reverentiam, non presumitur consentire, & l. si cum dotem §. no autem ff. solut. matrimon. neque nocet silentium mulieri non audenti contradicere propter mariti reverentiam secundum Bal. in l. si sine, in principio C. ad velle. imo quamvis consanguinei alii tunc adhibeantur, non censetur cessare reverentiam paternam secundum Suarez ubi supra, columna 2. versio. adde Bart. Si ergo damus inter hos casus differentem rationem, igitur non est arguendum de filio ad patrem in hoc casu, præsertim si pater est homo iracundus, terribilis & malæ conditionis, sicut in uxore in simili casu inquit Matth. Afflic. decisi. 44. n. 8. & sic inquit Palac. Rub. in rubrica §. 42. & in hac diximus lege, quod si pater ex præbenda filii percepit fructus, tenetur reddere eorum administrationis rationem & filius recuperabit ab hæredibus patris, & sic tenet contra Castil. scilicet, quod licet filius taceat in vita patris, potest ab hæredibus patris fructus hos petere, & sic in facto consulimus concivis noster & ego, absque eo quod unus ab alio de consilio particeps fieret, & cum ipse pius in lucem edidisset, tractatum suum de juramento confirmatorio ibid. in prime parte c. 4. n. 18. cum sequentibus pluribus, produxit prius opinionem hanc quam tenendam credo pro nunc, tu latius eam fundare poteris dum otium habueris.

Ibi, Sin le quedor parte alguna del usufructo dello. Et sic neque commoditas penes patrem remanebit, ex iis verbis, quoniam appellatione usumfructus etiam commoditas venit, secundum Castil. hic, num. 5. licet aliàs si pater non potest uti usufructu bonorum filii, putà, quia

mater sic voluit, vel in similibus casibus de quibus per Doctores in anthemica, excipiunt C. de bon. que lib. & per Anton. Gom. hic, potest tamen tunc uti commoditate dicta & putà si bona hæc consistant in vaccis & equibus, capris, & ovibus quorum ususfructus sunt pulli, & vituli & partus alii ex eis nati, commoditas autem est lac, & lana, & casei ovium, & caprarum, quæ quidem commoditate tunc uti poterit licet usufructu non possit secundum glos. mag. in l. 5. tit. 17. part. 4. & Suarez in questione majoratus num. 15. pag. 435. & in l. quoniam in prioribus, limitatione 1. num. 10. pag. 109. in specie tamen nostri text. neque commoditate hac utetur pater, & sic verba hæc intelligi possunt, & bene velut alio modo ea intelligi Anton. Gom. hic, num. 6. & Baeza de decur. tut. c. 4. num. 19. & hæc pro hac lege cætera per commentatores hic videbuntur.

IN LEGEM X. & XI.

Litera Regie continentes, ut mulier aliqua contra voluntatem & invito nubat cum tali, nulla sunt nulliusque valoris & effectus, nullusque dominus, neque debet, neque potest cogere subditum aut subditam contrahere matrimonium cum aliquo.

SUMMARIUM.

- 1 Princeps non potest aliquid statuere quod matrimonium liberum consensum impediatur.
- 2 Statutum tollens libertatem contrahendi matrimonium an valeat, ubi an metus reverentialis impediatur matrimonium.

Ibi, Mandamos que la tal carta. Litera enim contra jus elicite nullo modo sunt adimplenda, ut latè diximus in l. 1. & 3. tit. De las provisiones, lib. 4. supra esse autem contra jus tales literas patet, quoniam matrimonia libera debent esse, neque potest Princeps statuere aliquid quod matrimonium liberum & consensum impediatur, ut examinat Paul. Rub. relatus per Covar. in 4. pag. 2. c. 3. §. 8. num. 6. & preces talis domini (si sævire soleat in non obediens) justum metum inducant, secundum Abb. in c. fin. qui cler. vel vov. & Alfonso, à Veracrucce, in Speculo conjug. part. 1. articulo 8. de coactione conclus. 5. imo & statutum tollens liberam contrahendi matrimonii voluntatem non valere dicitur & Baeza de non melior. filiab. c. 2. num. 1. cum sequi, & an metus reverentialis impediatur matrimonium contractum, vide per Covar. in 4. parte. 2. c. 3. §. 6. num. 3. Anathematizanturque jam domini temporales subditos ad matrimonia cogentes ex decreto 9. Concil. Trid. sess. 24. de quo per Alfonso, à Veracrucce in dicto articulo 8. in fin. & iterum in articulo 7. & in appendice ad Concilium Tridentinum in tit. quomodo intelligatur vox illa anathemat. & hæc pro hoc titulo primo.

TITULUS SECUNDUS.

De las Dotes, Arras, y Joyas.

Hæc quoniam matrimonia non solent esse sine dote, imo dote non existente jam multi matrimonium contrahere fugiunt, propter magna onera matrimonii, solentque arrha & jocalia in matrimoniis intervenire, ideo post titulum præcedentem subsequitur noster titulus, ex quo quidem titulo & rubrica decerpitur, arrhas & jocalia non esse idem, sed diversa, ut in l. sequenti, in glos. La octava parte, dicemus.

IN LEGEM PRIMAM.

Taxa dotis filiabus prestanda, lex nostra declarata que sit, & alia.

SUMMARIUM.

- 1 Lex nostra & similes taxantes dotes an valide sint.
- 2 Casus plures, ubi excessus moderantur.
- 3 Lex nostra an dotes ante eam constitutas respiciat, & an futuræ, ibidem.
- 4 Lex nostra omnes homines de mundo comprehendit. Ex quo aliquæ ibidem doctrina reprobantur.
- 5 Etiam si pater acquirat generum divitem & nobilem, non potest illi amplam & excessivam dotem promittere, & 5.
- 6 Promitti an possit per patrem aut matrem filia dotata & marito ejus quod non meliorabit alios filios.
- 7 Melioratus non dicitur capiens portionem de jure debitam. Meliorata an censetur filia, de cuius legitima in dote constitutione jubet ne deducatur portio aliqua ad majoratum, ibid.
- 8 Meliorata filia ob dotem & pater melioratus an sint tuti in conscientia.
- 9 Juramento an firmetur talis melioratio.
- 10 Meliorari an possit filia pro dote nullis aliis filiis existentibus. Ubi si alii filii nascantur an revocetur talis melioratio, & num. 11. an revocalescat melioratio si alii filii moriantur.
- 11 Omnis probandi an excedat dos nec ne, remissive.
- 12 Lex nostra non procedit in filio masculo, nec in nepte ejus, neque in nepte à filia procedente.
- 13 Extensio de nostra persona ad aliam fieri non debet etiam ex verisimili mente disponentis. Areveto in Recopilacionem, Tom. III.

- 14 Statutum excludens filios à successione non excludit nepotes.
- 15 Donatio simplex facta per patrem filia existente in potestate nulla dote mentione facta an valeat.
- 16 Debita patris aut matris dotantium filiam an sint deducenda ad sciendum an dos excedat nec ne.
- 17 Prohibitum meliorare inter vivos non censetur meliorare ex testamento, nisi, ut ibi. & ibi apponitur nova authoris consideratio.
- 18 Excessus dotis filia constituta, quibus applicabitur personis.
- 19 Creditores patris non possunt agere contra excessum dictum, ubi & an filii, cum sequentibus pluribus, ubi & quid in parte examinatur usque ad num. 26. inclusive.
- 20 Clausula annullans contra factum non operatur si velit ille in cuius favorem posita est.
- 21 Lex ubi resistit impeditur domini translatio.
- 22 Verbum, pietas, dubium est an sit lata sententia.
- 23 Verbum, heredes, quoties agitur de re filiorum, de eis & non de extraneis intelligitur.
- 24 Nullum ipso jure quorises aliquid est ipse qui fecit potest contravenire. Dos promissa ad sciendum an excedat, quod tempus inspiciatur. ibid. vers. 4. & non minus.
- 25 Donatio excessiva revocatur per natiuitatem alterorum filiorum etiam in vita patris donantis.
- 26 Juramento an confirmetur promissio jocalium excedens taxam legis in fine.
- 27 Maritus si habet filios legitimos, & naturales ex alia uxore, non potest in jocalibus ultra quintum dare.
- 28 Jocalia per extraneam data an possint excedere taxam legis nostræ. Fraus legi quomodo fiat. ibid. remissive.
- 29 Annullantur omnes promissiones & obligationes